



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.  
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è  
Societate Jesu**

**Giuglaris, Luigi**

**Francofurti, 1684**

Iephtes Iosephi Nepos. Monimentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38349**

Ut patriam proderet, Fratres perdidit;  
 Paternumq; sceptrum regit cum rapuit,  
 Sic bonis inquis,  
 Paternæ memoriæ invidiam fecit.  
 Heu miseræ Patris laudes natorum notis,  
 Hic hilares modos suspirio rumpe.  
 „Humanatum rerum stilus est,  
 „Læta tristibus finire.

**JEPHTES**  
**JOSEPHI NEPOS.**  
**MONIMENTUM.**

Lege Viator, ac luge.  
 Miseranda memoria hanc Aram complectitur.  
 Jephthes Galaadita;  
 Invito Deo satus, adultero nimis thalamo;  
 Contra leges natus, nullis legibus vixit.  
 Fratrum convictu depulsus; latronibus convixit.  
 Tanto profectu, ut latronum Princeps evaserit.  
 Quippe in vitiorum schola, brevi superatur Magister.  
 Ære suo levis, ære alieno graves accersit;  
 Qui ne solvant, rapiunt; & peccant; ne pœnas luant.  
 Ferocem Juvenem flammavit temeritas;  
 Non tam præda, quam prædandi periculis læta.  
 Ammonitarum armis Galaaditas prementibus,  
 Ad profugum Jephthe configurit Patria.  
 Et de more vulgi, utroq; immodiici,  
 Regem flagitant, quem noluerant Civem.  
 Exuerat is Patriæ amorem, non Filiæ:  
 Quæ unica, tota erat Domus.  
 Huic dotalem gloriam cumulaturus.  
 Totam belli molem ad se recepit;  
 Regiam insulam pactus sub pugnam:  
 Quo linteo nullum melius bellico sudori tergendo.  
 Ita bellum sine Regno subiit, ut Regnum subiret sine bello.  
 Pium igitur purumq; duellum voto auspicaturus;  
 Quicquid reverso primum occurrat;

Pro victoriā pīaculo huic Aræ spondet,  
 Heu pietatis improvidæ simplex impietas !  
 Hostiam magis horrebit, quam Hostem.  
 Ergo sive ira, sive indulgentiæ Numinis, vicit.  
 Ammonitas nec paci, nec bello paratos, momento  
     gnavit  
 Urbes viginti simul obsidere cœpit, & cepit.  
 Longos victori gemitus festinante victoriâ.  
 Jam Patriæ redonatus, & voti reus,  
 Nil ante Filiam pro foribus vidit,  
 Gestientibus Puellatum chorūs prægestientem.  
 Ah quæstuosam morti lætitiam !  
 Hunc illi victoriæ finem hostes voriscent.  
 Tum nivali osculo Nata libato,  
 Ceu supremum spiritum ore legeret;  
 Vicimus (inquit) Filia : nimio victoriā mercati  
     Tuo nempe sanguinē.  
 Illa non vitam rōgat, sed spatiū :  
 Nam moti mollius fit morā  
 Bimētri ergo ejulatu in surdas cautes elito ;  
 Quo, sibi Præfīca, suās anticipiat nārias,  
 Huic se demūrū Aræ votivam fīxit.  
 Aequè impiudens obsequio Puella, & imperio Pater  
 Nisi Pontificis ignorantia, utriusq; culpam minuerit,  
 Astat jam cūm intrepidā Hostiā  
     Trepidūs Sacerdos Pater.  
 Nam dolorem hic premendo auxerat,  
 Illa plorando consuimpserat.  
 Jam, ne quid nōn rite fiat, linguis favetur,  
 Hærent in Virginis vultu Juvenum vultus:  
 Nam desperata pulchritudo actius móvet;  
 Et Solis instar major videtur cūm cadit,  
     Cœlum spectat spectata Puella :  
 Cujus lacrymas astantium oculi spargunt.  
 Jam neci devoutam componens Genitor,  
 Ferro jugulum invictæ Martytis delibat :  
 Et ferniaminis super exanimem cadit.  
 Voraat Virgineum corpus mundissimæ flammæ,  
 Cœloq; inferunt, quo feruntur  
 Cætera sancte riteq; peracta ;

Nisi canentium numeros innumeri gemitus fregissent,

Hunc bello finem imposuit

Nimis liberalis prædo, Sanctus Jephthes,

Pugnare doctior quam vovere.

At trepidæ Virgines, ne simili Patrum voto illigarentur,

Aram hanc immortalibus literis inscriptam

Annuo ejulatu circumlatrant.

Grajæ etiam Musæ, quia Virgines,

Pacti Invidiam

In Agamemnonem Coætaneum rejecerant.

## J E S S E

### O B E D I F I L I U S.

#### C L A U S U L A.

Agmen claudet invictissimus Isai;

Ducum palmes, & Regum radix.

Avitam bellicæ præfecturæ virgam

Sudoribus ita rigavit,

Ut cædendis sceptra sylvesceret,

Bethlehemi Patricius,

Patriam fecit Deo dignam,

Primævus in Philistinos gladium acuit,

Quos uti cotem virtutis reliquerat Deus.

Nam armæ bello, milites pace franguntur;

Et hoste mortuo, pugnant sodales,

Sacra militiæ authoratus,

Pro Sanctuario Sanctus bellavit.

Quod vel amissum, in ejus pectore invenisset,

Miles fuit sine militum vitiis;

Qui victoriæ Cupidi, à Cupidine vici,

Fœdiores referunt plagas quam inferant.

Emeritus, consilio pugnavit,

Utilius enim reguntur bella, quam geruntur,

Cum pro galea canicies est,

Ubi relis nil amplius valuit,

Filios pro telis in hostes misit,